

572  
a 1522 ad 1533 = 257 str. 145

Petrus Tomicki, Davidi Poniatowski  
custodi Gnesnensi.

212

Venerabilis domine frater in Christo char-  
rissime. Non libenter audimus, vobis et aliis  
qui possessionem sacerdotiorum post mor-  
tem domini olim Stanislai Mielozynski vac-  
cantium habent, per Konarzewski negotium  
faessi. Cum vero ille tanti non sit, ut mer-  
tui debeat in hac re, bono animo vos esse  
cupimus, cui nos simul cum nostro Wilai-  
mowski et ceteris, omni ope et consilio no-  
stro adesse volumus, et proculdubio partim  
iure privilegii ordinarius regni concessio, par-  
tim maiestatis regia, et statuti regni au-  
thoritate ita relevare curabimus, ut nihil  
in nobis adversariorum temeritas prevalere  
possit. Vos modo per se, vel per procura-  
torem ius vestrum in urbe Roma defendere  
tantisper curetis, dum nos statutum regni  
contra Konarzewski et complices eius exten-  
di procuramus. Procurabimus autem id bre-  
vi, ad maiestatem regiam ea de re nostris  
datis literis. Nam ab alio quovis regni offi-  
ciali statutum predictum extendi, nisi a re-  
gia ipsa maiestate integrum non putamus.  
Cetera vobis dominus decanus Gnesnensis  
exponet.

*[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to its lightness and orientation.]*